

fortasse Bormann de expeditione Germanica memorata infra N. 997. — 8) *Donis militaribus donati sunt fratres non antequam auxiliis exercitus Germanici prae-fuissent, sed postea, sine dubio propter operam praestitam in expeditione Germanica, Tullus reversus demum ex Africa. (Apparet hanc partem honorum fratrum scriptam esse non inverso ordine, ut reliqua, sed recto). Ceterum mirum est Vespasianum et Titum non dici divos, licet tituli positi sint sub Domitiano. — 9) aureis uterque titulus; expectaveris aurea. — 10) Inter patricios adlecti sunt a Vespasiano a. 73 vel 74, si recte creditur Vespasianus in censura tantum patricios creasse (Mo. Staatsr. II<sup>3</sup> 1101 not. 4), certe non ante censuram susceptam a Vespasiano.*

**992** T. Clodio M. f. Fal.<sup>1</sup> | Eprio Marcello | cos. II<sup>2</sup>, auguri, | curioni maximo, | sodali Augustali, | pr. per.<sup>3</sup>, procos. | Asiae III<sup>4</sup>, | provincia Cypros.

*Prope Capuam rep., est Neapoli in museo (X 3835). — De Eprio Marcello cf. Tac. ann. 16, 22 seq. hist. 4, 7 cet. dial. 5, 8, et ex recentioribus Borghesi opp. 3, 283 seq. — 1) Tribus Campanorum, unde Marcellus erat oriundus (Tac. dial. 8). — 2) Primum consulatum gessit sub Nerone, consul iterum fuit suffectus a. 74 (dipl. IX). — 3) Praetor peregrinus fuit a. 48 uno die, cf. Tac. ann. 12, 4. — 4) Proconsul Asiae videtur fuisse a. 70—75.*

**993** C. Helvidio | C. f. Arn. | Prisco.<sup>1</sup>

**994** Plautiae | Quintiliae A. f. | P. Helvidi | Prisci, et | P. Helvidi Prisci.<sup>2</sup>

*In agro Romano ad viam Praenestinam XVIII millibus passum ab urbe, nunc Romae in museo Vaticano (XIV 2844. 2845; Huebner ex. scriptur. epigr. 313. 316). — 1) Tribus Arniensis argumento est fuisse hos homines ex eadem stirpe cum noto Helvidio Prisco praetore a. 70, occiso sub Vespasiano (Suet. Vesp. 15); eum enim fuisse tribu Arniensi, probabile est propter ea quae Tacitus hist. 4, 3 tradit de origine eius collata inscriptione IX 2999. Fieri potest ut hic C. Helvidius C. f. sit ipse Priscus praetor a. 70, honoribus omissis quod mortuus est in exilio. — 2) Verba et P. Helvidi Prisci postea adiecta sunt; scilicet cum titulus positus esset Quintiliae P. Helvidii Prisci uxori, postea, mariti quoque ossibus sub eo conditis, huius mentio addi debuit.*

**995** Flaviae T. [f.] | Sabinae | Caesenni Paeti.<sup>1</sup>

*In agri Romani vico Zagarolo (XIV 2830 ad exempla nonnulla facta saec. XVII). — 1) Caesennius Paetus potest fuisse is qui fuit consul a. 61 et mox Armeniae praepositus (Tac. ann. 15, 6 seq.), postea legatus Syriae sub Vespasiano (Joseph b. Iud. 7, 5, 4. 7, 7, 4) et proconsul Asiae sub Domitiano (Lebas 3, 358. Eckhel 2, 549. 557 cf. Waddington fastes prov. Asiae n. 407) (si quidem hic non diversus fuit a consule a. 61). Uxorem Flaviam Sabinam fuisse ex stirpe Flaviorum qui regnaverunt ipsum nomen videtur ostendere.*

**996** M. Fabius | Fabullus<sup>1</sup> | trib. militum | leg. XIII Gem., | leg. Aug.<sup>2</sup> provinc. | Africae pr. pr., | leg. Aug. leg. XIII Gem., | sacr. Nym.

*Topiczae in agro Poetovionensi (III 418) rep. — 1) Incertum num idem sit Fabius Fabullus qui caput Galbae circumtulit (Plut. Galb. 27), legatus legionis quintae Alaudarum eo ipso anno (Tac. hist. 5, 44). — 2) Aug. vocabulum Mommsenus adiectum credit errore; nam legatus Augusti pro praetore exercitus Africani vix potuit feri Fabullus ante legationem legionis tertiae decimae Geminae.*